

109

RECTOR
ACADEMIAE LUDOVICIANAE
IOHAN. LUDOVICVS
ALEFFELD,
PHILOSOPHIAE PROFESSOR PRIMARIVS
ET ALVMNOR. PRINCIP. EPHORVS
VNA CVM VNIVERSO
SENATU ACADEMICO
LECTIONES
TAM PVBLICAS, QVAM PRIVATAS
PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM
AB OMNIVM FACULTATVM
SUI PROFESSORIBVS
HABENDAS
INDICIT, ET AD EAS SEDVLO AVDIENDAS
GENEROOSOS NOBILISSIMOS QVE
ACADEMIAE CIVES
PERAMANTER INVITAT.
DIE VII. APRIL. ANNO MDCXXXIX.
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G. I. E. & S. A. E.,
TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS. & IOH. JAC. BRAVN,
VNIV. TYPogr.



In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT

P. P. Ordin. Superintendens & Acad. Senior.

Plnita per Dei grātiam hīstoriā Ver. Testāmenti, per
instans semestre illam Nov. Testāmenti vsque ad refor-
mationis aēdūm debite explicāndā, resumet. In expli-
cāndis & vtiliter adhibēndis regulis Hermeneuticis pariter,
ac in exercitio Homiletico suis aderit auditoribus nec illis
deerrit, qui Theologiam Thēticā, aut Polemicā saepius
desiderarunt.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Facult. Theol. b. a. Decanus.

Absolutis, quae in Historia dogmatum restant, ad Har-
moniam Evangelistarum, ductu Introductionis Sand-
bagenianae, publicis lectionibus tradendam, sese accinget,
potiora rerum momenta in calamū dictaturūs, perpe-
tuoque discursus illustraturus. Exercitium quoque dispu-
tatorium in Syllogen Fechtignam binis post meridiem horis
continuabit. Privatim in explicanda Theologia dogmati-
ca, ad tertiam vsque partem hactenus dēducta, perget,
eamque hoc ipso, quod nūc ingredimur, semestri bo-

erno cum Deo ad finem perducere studebit.

D. IO.

D. IO. HERM. BENNER

P.O.

Publice theologiam naturalem exponet; congruentiam eius cum sacris litteris, additurus. Priuatis laboribus thesin sacram, & moralis theologiae scientiam, desinabit; promptus ad alia; si quis caetus ea desideret.

M. HENR. DAN. MULLER

Prof. Theol. extraord. & V. D. Min.

Publice Prophétas minores præeleget, additis vbiuis
observationibus exegeticis & criticis, neque ea, quae
ad grammaticam spectant, plane negliget. **P**riuatim in
Theologiam pôlémicam commentabitur, ea quidem le-
ge, ut i. theses firmis corroboret argumentis. 2. Aduer-
sariorum sententias, historice iamiam propositas, gene-
ratim non solum, sed & speciatim solideque conuellat.
Iis denique, qui publicis vel priuatis disputationibus se
exercere, & virium hac ratione facere volunt periculum,
suam animo libenti pollicetur operam.

In Facultate Iuridica.

D. IO. FRIED. KÄYSER

In Regimine & Consistorio Ecclesiastico Director,

imperatur. Prof. Publ. Ord. §³ Primar. nec non rerum; T. 3

ni etiam ut *Oeconomicarum in Alma Ludouicianam* sit i. dia-

Uanum per labores ipsius suorum regis foran-

Quantum per labores practicos irrepitumque forent sem licebit Nobiliss Dicte Commilicionum sty-

...teng nescioit. Nobilis Dn. Dn. Commissorum ita
etiam V. dia

dia pro virili sua parte promouere non desistet, in pri-
mis selectiores iuris materias pro cathedra publice defen-
dere allaborabit, eumque in finem omnes hujusmodi
Exercitationum Academicarum Amatores quam huma-
nissime inuitat.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

Prof. Iur. Ordinar, & Acad. Syndicus.
Explicatis praeterlapsi semestri ex aeuo antiquo &
medio originibus iuris publici, ea, quae a tempore
Maximiliani I. supersunt, duce Cel. SCHMAVSIONE in
historia imperii R: G: est additurus. Quia quoque pree-
lectiones ad Ill. MOSE R: I: compendium iuris publici ho-
dierni & Ill. BOEHMERI introductionem in ius dige-
storum ad finem perduxit, utrasque ab initio resumet.

D. GOTTLÖB AVGVSTVS IENICHEN,

Codicis & Nouellarum P. P. O.
Publice hoc vernali semestri preeleget ius feudale, du-
cem sequutus BVR CARDVM GOTTHELFF
STRVVIUM, cuius Elementa iuris feudalis ex genui-
nis iuris beneficiarii fontibus illustrabit. Prinzipia in
IO. BALTH. L. B. de WERNHER principia iuris
ecclastici commentabitur; *Ius criminale*, preeunte II.
Iustri IO. RVD. ENGAVIO, enarrabit; *Ordinatio-*
nem

niem Notariorum MAXIMILIANI I. explicabit, atque usum scientiae adiunget, denique, si iustus Auditorum adfuerit numerus, uniuersum ius ciuale ad ductum STRVIANAE iuris prudentiae forensis R. G. tradet, atque intra annum spatium ad finem perducet. Nec illis deerit, qui vel publice, vel priuatim disputando ad forensem militiam, alacriori fortiorique animo subeundam, se se rite praeparare pulcrum, atque salutare iudicabunt.

D. IO. ERNEST. HOEPFNER

Prof. Iur. Ord. & Fac. Iurid. b. t. Decanus.

PUBLICE ius criminale tradet; priuatim Praelectiones ad Pandectas praeterito semestri coeptas ad finem instanti aestate perducet & artem ex Actis referendi projectioribus monstrabit.

D. IO. CHRISTOPH. BALSER

Prof. Iur. Ordin.

PUBLICE b. HEINECCII Elementa iuris secundum ordinem institutionum explicabit. Priuatim vel ius Canonicum vel Germanicum pro desiderio Nobil. Dn. Commilitonum interpretabitur; Lectiones denique ad Pandectas, continuaturus simul collegium disputationum singulis saturni diebus, bono cum Deo ad finem perducet.

D. CHRISTOPH. LUDOV.

KOCH
Iur. P. P. O.

Processum Iudicii Cameræ Imperialis interprete IAC. BLVMIO; nec non Institutiones Iustinianæ ex doctrinis

Etinis B. HEINECCI delineabit. Praeterea *Pacem Westphalicam*, vel *Ius publicum Germanicum*, desiderantibus expponet. In his classis utriusque iuris*consuetudinibus* et*principiis* ministrari. Et quod ad*Facultatem Medicorum* pertinet, aspergitur, nequid be miseri*studiorum* suorum impinguem et*legem* deinceps*In Facultate Medica*. Propterea anniversarium omnes super*sollicitum* mortalia, et*utilitatis* negotia.

LYDOVICVS HENRIC. LEO HILCHEN

Absoluta *Physiologia ad Pathologiam & Semiologiam* progedietur, ducem sequitur BOERHAAVIUM Medicinam etiam legalem TEICHMEYERI illustrabit in exercitationibus autem practicis & collegio casuali strenue perget: nec alia desiderantibus defuturus.

In Facultate Philosophicae

JOH. LUDOVIC. ALEFELD,
VOCV Philos. naturalis Prof. Ordin. H.O. G

Publice vniuersam Philosophiam naturalem, ad finem nuperime deductam, ita parsus tradet, ut dogmata non solum dilucide exponat, sed & ubi opus erit, experimentis illustret. Priuatum Collegium disputationum, sup-

◎ ◎ ◎

superiori semestri coeptum, continuabit; paratus etiam ad alia, si quae a se postulari intellexerit.

HERNESTVS THOM,

Prof. Moral. atque iuris nat. & gent. b. a. Decanus.
modi inquit tristis iniziuq. I S H V A T E R
Publice Baumeisteri ius naturae & ethicam, priuatim
et vero Heineccii ius gentium, atque etiam eiusdem ius
naturae, si requiritur, explicabit. Neque opera iis de-
erit, qui regulas prudentiae percipere cupiunt, illi sunt:

ANDREAS BOEHM

studiorum super Log. metaph. & Math. P. P. O.
etiam tractat de ratione, et methodo, et modis inveniendi ab
Suum LOGICAE compendium; B A V M E I S T E R
metaphysicam, & ill Perill. de: W. O L F. Mathesin puram
denuo explicabit, neque reliquis Dominorum Commi-
ttonum desideriis unquam deerit.

HENR. CHRISTOPH. NEBEL

Elog. & Poes. P. P. O.

Publice historiam linguae Latinae, H. A. FABRICH
Biblioth. Latinam secuturus, vna cum auctore quo-
dam classico; priuatim fundamenta sili & artem orato-
riam exponet. Nec in aliis his deerit, qui operam eius
desiderabunt.

D.

D. CHRISTOPH. LUDOV.
KOCH

Histor. Prof. Ord. & Bibl. Acad. Praefectus.

PUBLICE HISTORIAM REGNORUM EUROPAE EX DELINEATIONE ILLA,
P. GEBAVERI, priuatim HISTORIAM IMPERII ROM.
GERMANICI AD DUCTUM CELEB. SCHMAVSII PRAELEGET.
BIBLIOTHECAS PUBLICAS STATIS TEMPORIBUS IN COMMUNES
VSUS RECLUDET, EISQUE NON DEERIT, QUI DE NOTITIA LIBRO-
RUM SIBI COMPARANDA COGITABUNT.

Praeter ista, generosis quoque nobilissimisque ciuibus
de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique pa-
laestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magi-
stros earum peritissimos, publice constitutos,
abunde prospectum est: sicut et quas

